



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvta, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

316. Feria 2. de Taciturnitate.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

*Dominica 21. post Pentecosten. 555*

1. nem statui congruam appetere. 2. Non præponere scientiam virtuti, & saluti, sed eam ad hæc dirigere. 3. Studere utilibus rebus, quib' oportet: eo fine, quo oportet: illis locis, & auxilijs, quibus oportet. 4. Languentem appetitum sciendi necessaria, aut utilia accendere. 5. Non solum intellectum, sed etiam sensus internos, & externos à rerum inutilium perceptione reprimere. 6. Studere rationibus reddendis Judici venturo, de quo hodie dicitur, quod sit similis homini Regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis. In quæ verba, ait Origenes hic in Matthæi 18. *Vita nostra ratio ponenda: omnes enim oportet sibi ad tribunal Christi, facietque tunc Deus ineffabili virtute, ut omnia gesta ab omnibus, singulis quibusque cito in mentem veniant.* Augustinus addit: *serm. 15. de Verbis Domin. Omnis homo, & debitor est Dei, & debitorem habet fratrem: si non dimiseris, replicabo tibi, quidquid dimiseram. Ut ad Eucharistiam, cibum sapientæ dignius, accedam, discam remittere debitoribus.*

MEDITATIO CCCXVI.

Feria 2. Domin. 21. post Pentecost.

*De Taciturnitate.*

Videbo D. JESUM orisuo summam custodiam adhibentem: Petam eum imitari

AA 2 tari

556 *Feria 2. Domin. 21. post Pentecost.*  
tari, qui tota passione nunquam est lamen-  
tatus.

*Conf. 1.* Taciturnitas est virtus cohibens  
immoderatum loquendi appetitum.

*Conf. 2.* Incitamenta 1. mirabile Christi  
exemplum, qui plus tacuit, quam locutus  
est, ut superius Medit. 303. vidimus; infans  
sicut alij, elinguis fuit: ter tantum cum  
Matre quam brevissime locutus: vetuit suos  
detineri salutationibus: coram Caipha, nisi  
adjuratus, non fuisset locutus: minatur se  
judicaturum verbum otiosum: maluit deni-  
que vitam, quam silentium perdere. 2. Si-  
lentium B. Virginis, quæ vix septies locuta  
invenitur. 3. Mira silentij commoda, & lo-  
quacitatis, quæ repugnat Prudentiæ, incom-  
moda, plura vide Medit. 107.

*Conf. 3.* Actiones 1. nihil illicitum, inde-  
eens, proximis noxium, Deo invisum loqui.  
2. Nihil item inutile, aut otiosum. 3. Extra  
tempus & locum etiam de bonis silere. 4.  
Ad spiritus utilitatem, & collectionem, ab  
agendo cum hominibus interdum abstinere.  
5. Non solum linguam a verbis, sed & in-  
teriorem sensum a phantasijs cohibere. 6.  
Nihil ad ostentationem, aut præposteros  
fines, sed ad Dei gloriam, proximorum  
salutem, vel necessitatem no-  
stram dicere.

M E D I